



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Eminentissimo ac Celsissimo Principi ac Domino, Domino Lothario
Francisco ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63255)

Eminentissimo ac Cel-
sissimo

PRINCIPI ac DOMINO,
DOMINO

LOTHARIO
FRANCISCO,

Sanctæ Sedis Moguntinæ
ARCHI-EPISCOPO,

Sac. Rom. Imperii per Germaniam
ARCHI-CANCELLARIO

&
PRINCIPI ELECTORI,
Episcopo Bambergensi,

&c. &c.

DOMINO SUO CLEMEN-
TISSIMO.

Emi-
ser



Eminentissime & Celsissi-
me Archi-Episcopo & Princeps
Electo,

Domine Clementissime.

Est natura humana Condi-
tio, ut nisi salutaribus me-
diis in semitâ Iustitiæ & re-
cto virtutum tramite vi quadam con-
servata fuerit, in vitia deflectat, ipso-

DEDICATIO.

met DEO attestante, Genes. cap. 6.
 cuncta cogitatio cordis humani in-
 tenta est ad malum omni tempore.
 Sciens DEUS hanc natura propen-
 sionem, regulam homini indidit acti-
 onum suarum directricem, rationem
 scilicet, quâ, quid agendum sit, cerne-
 ret, quid omittendum videret, ut sic per
 vita voluntati Creatoris conformem,
 sine potiretur in creatione sibi præfixo,
 aternâ nimirum beatitudine. Ve-
 rum cum ea esset natura humana in-
 firmitas, ut spreto naturali lumine,
 & neglecto recta rationis dictamine,
 homo sæpius mala patraret, qua ra-
 tio dissuaserat, hinc legibus coërcen-
 dus erat. leges has pro distinctione
 fori & finis in duplici videmus diffe-
 rentiâ collocari; alia enim Canonica
 sunt, alia Civiles, posteriores ex-
 ternam solummodo spectant Reipubli-
 ca salutem & patria tranquillitatem,
 prio-

DEDICATIO.

priores verò, non temporalem tantum, sed eternam hominum beatitudinem pro fine habent, ad quam per præscriptam vitam, morumque sanctitatem, eos deducere intendunt. De quibus ultimis in Corpore Juris Canonici, & Decretis Conciliorum œcumenicorum contentis, præsens tractat Libellus. Terrebat me in conficiendo hoc opere præstantissimorum virorum auctoritas, qui Canones doctius magisque politè, quam à me congesti sint, jam dudum ante tradiderant, verum memor, quod in Poëtis soli Homero locus non sit, nec in scribendâ Philosophiâ Aristotelem deterruerit amplitudo & scientia divina Platonis, nec admiranda Aristotelis doctrina aliorum studia restrinxerit, nec removeantur ab operibus suis artifices, licet non possint quorundam prædecessorum suorum

DEDICATIO.

imitari artem, hoc opus absolvi, persuasus, impensum in eo conficiendo laborem, cum sit quoddam Juris universi compendium, juvenili saltem conatui, pro figendis memoria diversissimis materiis utilem fore ac proficuum. Sunt hæc mea Juris Canonici primitiæ, quæ nullum volebant patronum agnoscere, nisi sub Eminentia Vestrae umbrâ requiem possent invenire. Cum enim partum inter fructus Jurisconsulti computent, eique, cujus potestati parentes subsunt, Dominium partus adjudicent, æquitas passa non est, ut præsens ingenii mei partus alteri quàm Eminentia Vestrae, devotissimo consecraretur affectu, cujus & ego, non universali solum Jure, quod Eminentia Vestra in omnem Archidiece-
sus sua Clerum & populum divinâ disponente gratiâ, ac suffragantibus
meri-

DEDICATIO.

meritis exercet, sed speciali quoque
titulo, quo me infimum suum Clie-
ntem, dum ad Officialatum & professu-
ram extulit, specialiter proprium, &
eternâ gratitudine devinctum effe-
cit, mancipium me libens agnosco.
Dignetur igitur Eminentia Vestra,
Eâ quâ solet Clementiâ, exiguum
hoc submissionis & gratitudinis meæ
monumentum acceptare & conatum
potius, quàm opus ipsum, gratiosis
oculis intueri, qui dum vivo, vi-
vam semper

Eminentia Vestra

Capellanus Humillimus

Joannes Martinus
Engelhardt.

a s

Ad